

D E A E T E R
T I A N A E S A
C R V M A E L.
T I M O T H E A P.
V. S. L L. M.

H E R C V
L I I V L.
P A V L L V S
T R I B.
V. S.

A V R: A N T O N I
N I. P I I A V G. M
M E S S O R I V S
D I L I G E N S T R I
B V N V S S A C R V M.

DEO·IN VICTO
HERCVLI·SACR
LAEM·SALVANVS
TRB·CH·IVANGI
V·S · P · M ·

I C O S C I P R E ·
N A V E R L · C A S T
V E T V S T A E C N A B S

Quæque reliquias operis elegantia longe præ-
cellit tabula longa hac forma affabre insculpta

à Cohorte quarta Equitum Gallorum Augusto-
rum Numinibus posita:



Sed his omissis. Rheadus paulo inferius suas, pluresque torrentes quas accepit aquas in Tinam invehit & eosque Rhedesdale pertingit. Quam, ut est in Regii Scaccarii libro, Umfravilli tenuerunt de antiquo feofamento per regalem potestatem, & servitum, ut custodirent vallem à latronibus.

Hic circumquaque in vastis quas vocant terris, ut etiam in Gilleslandia quasi Nomadas antiquos videoas, militare genus hominum qui à mense Aprili usque ad Augustum in tuguriolis hinc inde dispersis, Sheales & Shealing vocant, passim cum suis pecoribus excubant. Tina ille borealis deinde per Chipches turriculam olim Umfravillorum, postea Heronorum defertur, (nec procul à Swinborn castellulo quod claræ familæ nomen dedit, & olim fuit pars Baronie Guilielmi Heron, postea sedes Woderingtonorum) Murum accedit, & intersecat sub Collerford, ubi ponte fornicato conjunctus erat, & ubi jam Vallwick ampli castri visuntur

ruinæ. Quod si CILVRVM non fuit in quo Cilurnum, Ala secunda Asturum sua stativa habuit, in pro- Scilcester.ximo fuit ad Scilcester in Muro, ubi postquam Sig- Hovede- ga Patricius Elswaldum Nordanhumbrorum nus. S. Oswal- Regem perfide trucidasset, Ecclesia à fidelibus de. extracta fuit in honorem Cuthberti, & Oswaldi, cuius nomen ita cæteris offecit, ut pristino no- mine obliterate, S. Oswaldes nunc dicatur. Os- waldus hic Nordanhumbrorum rex signa motu- rurs in Cedwallam Britannum (sic Beda vocat Cedwalla quem ipsi Britanni Caswallon dixerunt) Cum- briae, ut videtur, regem, Crucem erexit & flexis genibus Christum supplex precatus est ut suis cultoribus cœlesti succurreret auxilio, statimque elata in altum voce ad exercitum proclama- vit, Flectamus omnes genua & Deum omnipotentem vi- rum & verum deprecemur ut ab hoste superbo & feroce Beda li. 2. nos sua miseratione defendat. Nullum, inquit Beda, c. 2. nullum ut comperimus, fidei Christianæ signum, nulla Ec- clezia,

Wastes.
Nomades.
Sheales.
Chipches.
Swinbor-
ne.

Coller-
ford.